

Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF EASTER SEASON

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hoc potíssimum, gloriósius prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatió nibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION John 20: 27

Mitte manum tuam, et cognósce loca clavórum, allelúja: et noli esse incrédulus, sed fidélis, allelúja, allelúja.

POSTCOMMUNION

Quæsumus, Dómine Deus noster: ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulísti; et præsens nobis remédium esse fácias, et futúrum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Anicetus

Refectióne sancta enutritam gubérna, quæsumus Dómine, tuam placátus Ecclésiám: ut poténti moderatióne dirécta, et increménta libertátis accípiat et in religiónis integritáte persístat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, certainly at all times to proclaim Thee, O Lord, but above all in this time more gloriously, when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Put in thy hand, and know the place of the nails, alleluia: and be not incredulous, but believing, alleluia, alleluia.

We beseech Thee, O Lord our God, to make profitable to us, both in this world and in that to come, the sacred mysteries by Thee established for the ensuring of our salvation. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O Lord, we beseech Thee, graciously govern Thy Church, which Thou hast fed with a holy meal; so that, directed by a mighty wisdom, she may progress in liberty, and persist in the integrity of faith. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

MASS PROPER: FERIA LOW SUNDAY – 04/17, ST. ANICETUS

MASS *Quasi modo* (white)

INTROIT 1 Peter 2: 2

Quasi modo géniti infántes allelúja: rationábiles, sine dolo lac concupíscite, allelúja, allelúja, allelúja. (Ps. 80: 2) Exsultáte Deo adjutóri nostro: jubiláte Deo Jacob. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Quasi modo géniti infántes allelúja: rationábiles, sine dolo lac concupíscite, allelúja, allelúja, allelúja.

COLLECT

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui paschália festa perégimus; hæc te largiénte, móribus et vita teneámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Anicetus

Gregem tuum, Pastor ætérnæ placátus inténde: et per beátum Anicetum, Martyrem atque Summum Pontíficem tuum, perpétua protectióne custódi; quem totíus Ecclésiæ præstitísti esse pastórem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 John 5: 4-10

Caríssimi: Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum: et hæc est victória quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quóniam Jesus est Fílius Dei? Hic est qui venit per aquam et sánguinem, Jesus Christus: non in

As newborn babes, alleluia, desire the rational milk without guile, alleluia, alleluia, alleluia. (Ps. 80: 2) Rejoice to God our helper: sing aloud to the God of Jacob. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. As newborn babes, alleluia, desire the rational milk without guile, alleluia, alleluia, alleluia.

Grant, we beseech Thee, Almighty God, that we who have completed the Easter holy days, may, through Thy imparting, retain these effects in our ways and our life. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Eternal Shepherd, regard graciously Thy flock, and keep it with an everlasting protection, by the intercession of blessed Anicetus, Thy Martyr and Sovereign Pontiff, whom Thou hast constituted shepherd of the whole Church. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved: Whatsoever is born of God overcometh the world; and this is the victory which overcometh the world, our faith. Who is he that overcometh the world, but he that believeth that Jesus is the Son of God? This is He that came by water

aqua solum, sed in aqua et sanguine. Et Spíritus est, qui testificátur, quóniam Christus est véritas. Quóniam tres sunt, qui testimónium dant in cælo: Pater, Verbum, et Spíritus Sanctus; et hi tres unum sunt. Et tres sunt qui testimónium dant in terra: Spíritus, et aqua, et sanguis: et hi tres unum sunt. Si testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei majus est: quóniam hoc est testimónium Dei, quod majus est; quóniam testificátus est de Fílio suo. Qui credit in Fílium Dei, habet testimónium Dei in se.

GREATER ALLELUIA Matthew 28: 7
Allelúja, allelúja. In die resurrectionis meæ, dicit Dóminus, præcedam vos in Galilæam. Allelúja. (John 20: 26) Post dies octo, jánuis clausis, stetit Jesus in médio discipulórum suórum, et dixit: Pax vobis. Allelúja.

GOSPEL John 20: 19-31
In illo témpore: Cum sero esset die illo, una sabbatórum, et fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregáti propter metum Judæórum: venit Jesus, et stetit in médio, et dixit eis: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, osténdit eis manus et latus. Gavísi sunt ergo discipuli, viso Dómino. Dixit ergo eis íterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflavít: et dixit eis: Accípite Spíritum Sanctum: quorum remiséritis peccáta, remittúntur eis: et quorum retinuéritis, reténta sunt. Thomas autem unus ex duódecim, qui dicitur Dídymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. Dixérunt ergo ei álíi discipuli: Vídimus Dóminum. Ille autem dixit eis: Nisi vídero in mánibus ejus fixúram clavórum, et mittam dígitum meum in locum clavórum, et mittam manum meam in latus ejus,

and blood, Jesus Christ; not by water only, but by water and blood. And it is the Spirit which testifieth that Christ is the truth. And there are three who give testimony in heaven: the Father, the Word, and the Holy Spirit: and these three are one. And there are three that give testimony on earth: the Spirit, the water, and the blood: and these three are one. If we receive the testimony of men, the testimony of God is greater: for this is the testimony of God, which is greater, because He hath testified of His Son. He that believeth in the Son of God hath the testimony of God in himself.

Alleluia, alleluia. On the day of My resurrection, saith the Lord, I will go before you into Galilee. Alleluia. (John 20: 26) After eight days, the doors being shut, Jesus stood in the midst of His disciples, and said: Peace be with you. Alleluia.

At that time, when it was late that same day, the first of the week, and the doors were shut, where the disciples were gathered together for fear of the Jews, Jesus came, and stood in the midst and said to them: Peace be to you. And when He had said this, He showed them His hands and His side. The disciples therefore were glad, when they saw the Lord. He said therefore to them again: Peace be to you: as the Father hath sent Me, I also send you. When He had said this, He breathed on them, and He said to them, Receive ye the Holy Spirit: whose sins you shall forgive, they are forgiven them, and whose sins you shall retain, they are retained. Now Thomas, one of the twelve, who is called Didymus, was not with them when Jesus came. The other disciples therefore said to him:

non credam. Et post dies octo, íterum erant discipuli ejus intus; et Thomas cum eis. Venit Jesus jánuis clausis et stetit in médio, et dixit: Pax vobis. Deínde dicit Thomæ: Infer dígitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum: et noli esse incrédulus, sed fidélis. Respóndit Thomas, et dixit ei: Dóminus meus et Deus meus. Dixit ei Jesus: Quia vidísti me, Thoma, credidísti: beáti qui non vidérunt, et credidérunt. Multa quidem et ália signa fecit Jesus in conspéctu discipulórum suórum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt ut credátis quia Jesus est Christus Fílius Dei: et ut credétes, vitam habeátis in nómine ejus.

OFFERTORY Matthew 28: 2, 5-6
Ángelus Dómini descéndit de cælo, et dixit muliéribus: Quem quæritis, surréxit sicut dixit, allelúja.

SECRET
Súscipe múnera, Dómine, quæsumus, exsultántis Ecclésiæ: et cui causam tanti gáudii præstitísti, perpétuæ fructum concéde lætítiæ. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For St. Anicetus
Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiám tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui proficiat ubíque succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per

We have seen the Lord. But he said to them: "Except I shall see in His hands the print of the nails, and put my finger into the place of the nails, and put my hand into His side, I will not believe. And after eight days, again His disciples were within, and Thomas with them. Jesus cometh, the doors being shut, and stood in the midst, and said: Peace be to you. Then He saith to Thomas: Put in thy finger hither, and see My hands, and bring hither thy hand, and put it into My side; and be not faithless, but believing. Thomas answered, and said to him: My Lord and my God. Jesus saith to him: Because thou hast seen Me, Thomas, thou hast believed: blessed are they that have not seen and have believed. Many other signs also did Jesus in the sight of His disciples which are not written in this book. But these are written, that you may believe that Jesus is the Christ the Son of God; and that, believing, you may have life in His name.

An angel of the Lord descended from heaven, and said to the women: He whom you seek is risen as He said, alleluia.

Graciously receive, we beseech Thee, O Lord, the gifts of Thine exultant Church: and to whom Thou hast afforded cause for such joy, grant also the fruit of everlasting gladness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

By the offered gifts we beg Thee, O Lord: enlighten kindly Thy Church: so that Thy flock everywhere may be increasing, and the Shepherds, under Thy direction, may be pleasing to Thy